7 Juni 1517.

Fabianus dei gratia
Episcopus warmiensis

Venerabiles domini, Fratres sincere dilecti, Non est quod tantopere gravem maerorem ad V̄rm
rem, dominum Johannem Schulteti Archidiaconum et Canonicum Ecclesie vestre, gratia sollicitemini,
ut aliquam inde, vel animi, vel corporis, vobis conciscatis egritudinem, sed neque perturbationem,
Quibus enim Ecclesiam vestram recuperandi, latronibus voluntas sit, deest tamen eis facultas,
et voluntatis perseveratio, nedum perfectio, Nam a Magistro, certum est illos, nihil habituros
manifesti auxilii, nisi a quibusdam, clandestinis illis quidem occurreretur capitaneis,
Tum ipsi XLta equis, in tam probe extructam Ecclesiam, seu die velint seu nocte in
venire, quid poterunt? Quibus ex nostra promptitudine, et ne diutius quidem dicamus,
oscitatione vestra, cristas sibi tollere videantur, Cum adeo vos, qui Sclopeto aut bombarda,
seu iaculo quicunque, sed ne vox spiriti validiori, nocte dieve serviat, sentiat adeo
neminem, Proinde prorsus vos perturbari nihil volumus, etiam ex hac inopinata et in
sperata rei satis formidande nunciatione, Nam si sex vigilibus nocturnis vobis
quottidie, qui vel unam emittant, in horas alternas bombardam, precipue vero sub noctis
tempus, provideritis, non est quod timeatis, Hos enim latrones, XLta equis, quibus etiam vesse
mentissime incipiant, Ecclesiam adeo munitam aggressuros, non possumus, ulla ratione su
spicari, precipue vero, si et praescripsimus noctis tempore, bombardarum audiret, strepitum tras
sire, Quiare ut nihil metuatis, ue ut vobis scribimus disposita, non inepte rogamus
hortamur, Nam nisi direptioni volueritis ipsi patere, nullam patiemini, neque
receptionem, neque assultationem, Aperto aut bello Magistrum quidem tentaturum, aut apertis
auxiliis, latrones adiuturum, non possumus ulla ex parte Nobis persuadere, Nam
et aliis est modo negotiis, quibus satis inquietatur, occupatus, et Regiam Maiestatem utrinque
dissimulet, non veretur modo, sed timet, Quod si etiam hac nostra hortatione non tran
quillamini, Mentem vestram intelligamus, facite, et C vel, etiam CCtos equites
admittemus, Jam proxime diem, vobis pixidarium quendam, bombardarum optim
dominus palatinus Jnnivladislaviensis, cum eodem etiam pedites aliquot, nocturnos vigiles,
nostra sollicitatione admittet, Possetis etiam domestico et oppidani presidiis, modo velitis, non
importune vobis consulere, Sed adeo fortasse metus vobis pedes dunt, ut hunc
nullis possitis consiliis, aut obsistere auxiliis, Verumenimvero, si Nos audietis, non
modo tuti, sed et securi, tam expedita et sufficienti munitione septi, menibus vestre
Ecclesie, temporeque, nostra fuisse recta integraque consilia iudicabitis, Datum in Arce
nostra Heilsbergk, vija Mensis Junij, Anno etc xvij°

5

Venerabilibus dnis, prelatis, Canonicis,
et toti Caplo, Eccliē nostre Warmien,
Fratribus Nobis sinceriter dilectis

52